

## De aliquot fragmentis Sapphonis et Alcaei.

Sappho Fr. I, 5 ed. Neue:

Ἄλλα τινὶδ' ἔλθ', αἶ πότα κατέρωτα  
Τᾶς ἐμαῖς ἀνδῶς αἴτοισα πόλλας  
Ἐκλυες.

Minus aptum est, quod edidit Neue, πόλλας. Vossius in codicibus reperit πολύ. Codex Monac: τᾶς ἐμαῖς ἀνδᾶς αἴτοις. ἀπόλ'. Mihi scribendum videtur:

Ἄλλα τινὶδ' ἔλθ', αἶ πότα κατέρωτα  
Τᾶς ἐμαῖς ἀνδᾶς αἴτοισα πῆλυ  
Ἐκλυες, πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα  
Χρύσειον ἦλθες,  
Ἄρμ' ὑποζεύξαισα.

πηλυ acolicum est pro τῆλε, nam π pro τ positum esse, recte docuit Scidlerus. Theognostus in Bekk. Anecd. T. III, p. 1425: Τῆ· τὰ Αἰολικῶς διὰ καθαροῦ τοῦ ἰ ἐκφερόμενα βαρύνεται καὶ διὰ τοῦ ἰ γράφει τὴν λήγουσαν, καὶ τὴν παραλήγουσαν διὰ τοῦ ὕ, καὶ τοπικὴν σχέσιν δηλοῖ, ὅσον πηλυῖ, ἀλυῖ, ἀτερυῖ. Priscianus Lib. I p. 56 ed. Krehl: „Quod apud Aeoles quoque *υ* saepe patitur, et amittit vim litterae in metro, ut Sappho: Ἄλλα τινὶδ' ἔλθ', αἶ πότα κατέρωτα. Similiter πῆλυ disyllabum invenitur apud eosdem, quum *υ* non est diphthongus.“ Possit etiam πῆλυ scribi. Apollonius de pronomine p. 329 b: *Εἰ γὰρ λέγομεν, ὡς ἀπὸ τῆς σὲ ἐγένετο, χωρήσαντος τοῦ ε εἰς ὕ, ὡς τῆλε τῆλυ, καὶ λάζεται λάζυται, καταλείψομεν ζήτησιν, διότι οὐκ ὀρθοτονεῖται.* Πῆλυ autem (sive πῆλυ) ut proxime accedit ad librorum lectionem, ita totius loci sententiae aptissimum est: compares Aeschyl. Eumenid. 285:

Ἄλλ' εἴτι χώρας ἐν τόποις Λιβυτικοῖς  
 Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου  
 Τίθησιν ὄρθον ἢ κατηρεφῆ πόδα,  
 Φίλοις ἀρήγουσ', εἴτε Φλεγραίαν πλάκα,  
 Θρασοὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ, ἐπισκοπεῖ,  
 Ἐλθοι, (κλύει δὲ καὶ πρόσωθεν ὦν θεός,)  
 Ὅπως γένοιτο τῶν δ' ἐμοὶ λυτήριος.

Sequuntur haec: Καλοὶ δέ σ' ἄγον

Ὁκέες στρουθοί. Blomfieldus ὠκέα legendum censet, sed vulgatam scripturam non solum Herodianus περὶ μον. λέξ. p. 42 ed. Dindf. ἴσως μέντοι παρήλλαξε τῶν προκειμένων, ἐπεὶ καὶ ἀρσενικῶς λέγεται. καλοὶ δὲ ἐσάγον ὠκέες στρουθοί; verum etiam Hesychius confirmat: Ὁκέες στρουθοί. ταχεῖς, ἐντροπεῖς, κοῦφοι.

Sequuntur haec v. 18: Τίνα δ' εὔτε πείθω —

Μαὶ σαγηνεύσαν φιλότατά τις σω

Ψαφαδίκη. Ultima verba egregie emendavit Gaisford ad Hephaest. p. 65:

Τίς σ', ὦ Σάμφ', ἀδικήη; Priora Scidlerus ingeniose corrigit: Τίνα δηῦτε Πείθω Μαῖς ἄγην ἐς σὰν φιλότατ', ὅτις σ' ὦ Σάμφ' ἀδικήη; Vett. Edd. habent πύθωμαι. Ego conjeci:

Τίνα δηῦτ', ἐπεύθω

Μαῖς ἄγην ἐς σὰν φιλότατα; Τίς σ' ὦ

Σάμφ', ἀδικήη;

Ἐπεύθω dictum est pro ἐπέυθου; verbum πεύθωμαι est apud Homerum Odys. III, 88. Hesiod. Theogon. 465. Aeschyl. Choephor 667. 751. 826. 857. Herodes apud Stobaeum T. III p. 62 ed. Lips.

Μή δὴ κόρη τὴν γολήν ἐπὶ ῥῖνας

Ἐχ' εὐθύς, ἢν τι ἕημα μὴ σοφόν πεύθη.

Hic autem, ubi repente ab indirecta interrogatione transitur ad rectam, aptissime interponitur ἐπεύθου. Μαῖς (ita enim Aeoles scripsisse videntur, nisi praeferas μῆς) ab antiquo μῶ,

quo usus est Epicharmus apud Etymol. M. p. 589, 45: *Πύρρον γὰ μῶ καὶ Δευκαλίωνα*. Possit etiam legi *Μᾶ' σά- γην ἔς σὰν φιλότατα*, a μῶμαι. *Μαίομαι* dixit Alcacus fr. 15 ed. Matthiae:

*Ὀνηρ οὔτος ὁ μαιόμενος τὸ μέγα κράτος*

*Ἀντρέψει τάχα τὰν πόλιν, ἃ δ' ἔχεται ῥοπαῖς.*

*μαίομαι* Sappho, ut videtur, apud Etymol. M. p. 485, 45: *Καὶ ποθῆω καὶ μάομαι*. Ita enim recte Etymol. Gudianum habet pro *μάχομαι*. Alibi Acoles *μαίειν* dixisse videntur. Etymol. Leid. apud Koenium ad Gregor. Corinth. p. 585 ed. Schaeff.: *Μαίειν· ἀντὶ τοῦ ζητεῖν. μαίω τὸ ζητῶ, οἶον Μαιομένη κενθμῶνα. ἀπὸ τούτου τοῦ μαίειν Αἰολικῶς μαίειν, καὶ ὡς περ τὸ κλαίειν Αἰολικῶς διήρηται καὶ γράφεται κλαίειν δάκρυσι, οὕτως μαίειν, καὶ πλεονασμῶ τοῦ ἢ μα- νίειν.*

In eodem carmine v. 24 ita legunt viri docti:

*Αἰ δὲ μὴ φιλεῖ, ταχέως φιλήσει*

*Καὶν ἐθέλοισαν.*

Quae sententia mihi parum apta videtur esse; quomodo enim gratum potuit esse Sapphoni, si Venus conciliaret illius amorem vel invitae Sapphoni, cum cupiditatem omnem jam abjecisset? Codd. habent vel *ἐθέλοι* vel *ἐθέλοις*. Scribendum puto:

*Καὶ γὰρ αἰ φεύγει, ταχέως διώξει,*

*Αἰ δὲ δῶρα μὴ δέκεν', ἄλλα δώσει,*

*Αἰ δὲ μὴ φιλεῖ, ταχέως φιλήσει*

*Καὶν ἐθέλοισα.*

Hoc enim consentaneum est Venerem promittere, se puellam vel invitam in gratiam et amorem Sapphonis inducturam esse. Nam hoc quoque carmen ob puellae amorem, ut pleraque, scriptum videtur. Accusativus autem objecti ad *φιλήσει* non magis requiritur, quam supra:

*Καὶ γὰρ αἰ φεύγει, ταχέως διώξει.*

Sappho Fr. 4. Non satis recte Neue verbum *ἔδωκε* delevit,

quod ipsa Hermogenis verba: οἶον κάλλος χωρίου, καὶ φυ-  
τείας διαφόρους καὶ ῥευμάτων ποικιλίαν defendere videntur.  
Verum vidit Blomfieldus, qui post ὕδωρ aliquid excidisse  
statuit. Sappho fortasse scripsit

Ἀμφὶ δ' ὕδωρ  
Ἰερὸν ψυχρὸν κελαδεῖ δι' ὕδωρ  
Μαλίνων, καὶ αἰθυσσομένων δὲ φύλλων  
Κῶμα καταῤῥεῖ.

Adjeci ἰερὸν, quia Sappho, ut suspicor, Nympharum hortos  
describens, sacrum aliquem fontem celebrat. Huc enim re-  
fero id, quod Demetrius dicit de elocutione c. 152: *Εἰσὶν*  
*αἱ μὲν ἐν τοῖς πράγμασι Χάριτες, οἶον Νυμφαῖοι κῆποι,*  
*ὑμέναιοι, ἔρωτες, ὅλη ἢ Σάπφρος ποιήσις.* His similia  
leguntur ibidem c. 163: *Διαφέρουσι δὲ τὸ γέλοιοι καὶ*  
*τὸ εὐχαρι, πρῶτον μὲν τῇ ὕλῃ, χαρίτων μὲν γὰρ ὕλη*  
*νυμφαῖοι κῆποι, ἔρωτες, ἅπερ οὐ γελᾶται. Γέλωτος δὲ*  
*Ἰρος καὶ Θεροσίτης. Τοσοῦτον οὖν διοίσουσιν ὅσον ὁ Θεροσί-*  
*της τοῦ Ἐρωτος.* Ceterum cum versibus Sapphonis compares  
Theocritum VII, 155:

Πολλὰ δ' ἄμμιν ὑπερθε κατὰ κρατὸς δονέοντο  
Αἴγειροι πετέλει τε· τὸ δ' ἐγγύθεν ἰερὸν ὕδωρ  
Νυμφᾶν ἔξ ἄντροιο κατειβόμενον κέλαρυσδε.

Sappho Fr. 27. Apud Plutarchum scriptum est: *Σμικρά*  
*μοι παῖς ἔμμεναι φαίνεαι κάχαρις.* Maximus Tyrius: *σμι-*  
*κρά μοι παῖς ἔτι φαίνο καὶ χαρίεσσα:* recte ille φαίνο,  
sed in verbo ἔτι aliud quid latere videtur. Scholiasta Pin-  
darii: *μικρά μοι παῖς ἔμμεναι [λιθόχαρις.* Suspisor scri-  
bendum esse:

Σμικρά μοι παῖς ἔμμεναι,  
Ἄτθί, φαίνο κάχαρις.

Atthis, puella pulchra, amata fuit Sapphoni. Maximus Ty-  
rius XXIV: *Ὁ τῆς Λεσβίας ἔρωτος, εἴτοι χρὴ πρεσβύτερα τοῖς*  
*νέοις εἰκάσαι, τί ἂν εἴη ἄλλο ἢ ἡ Σωκράτους τέχνη ἐρωτικῆ;*  
*δοκοῦσι γὰρ μοι τὴν κατὰ ταῦτὸ ἐκάτερος φιλίαν, ἢ μὲν*

γυναικῶν, ὃ δὲ ἀρῆένων ἐπιτηδεῦσαι. Καὶ γὰρ πολλῶν ἑρῶν ἔλεγον, καὶ ὑπὸ πάντων ἀλίσκεσθαι τῶν καλῶν. ὃ τι γὰρ ἐκεῖνῳ Ἀλκιβιάδης καὶ Χαρμίδης καὶ Φαῦδρος, τοῦτο τῇ Λεσβίᾳ Γύρινα καὶ Ἀτθίς καὶ Ἀνακτορία. Et Suidas v. Σαπφῶ· Ἐταῖραι αὐτῆς καὶ φίλαι γεγόνασι τρεῖς, Ἀτθίς, Τελεσίππα, Μεγάρα, πρὸς ἃς καὶ διαβολὴν ἔσχεν αἰσχραῖς φιλίας. Haec vero postea ad Andromedam se contulit ut ipsa dicit Sappho fr. 37:|

Ἔρος δηῦτέ μ' ὁ λυσιμελής δονεῖ  
 Γλυκόπικρον ἀμάχανον ὄρητον·  
 Ἀτθί', σοὶ δ' ἐμέθεν μὲν ἀπήχθετο  
 φροντίσδην, ἐπὶ δ' Ἀνδρομέδαν ποτῆ.

Eodem tempore scriptum est fr. 14: ubi dicit olim se Atthidem amasse:

Ἡράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν, Ἀτθί, πάλαι πότα.

Hic codd. ἄτε vel ἀτὶ vulgo praebent, quod emendavit Bentleyus. Propterea autem gravi odio persecuta est Andromedam istam; Maximus Tyrius l. 1. Καὶ ὃ τι περ Σωκράτει οἱ ἀντίτεχνοι Πρόδικος καὶ Γοργίας καὶ Θρασύμαχος καὶ Πρωταγόρας, τοῦτο τῇ Σαπφῶ Γοργῶ καὶ Ἀνδρομέδα. νῦν μὲν ἐπιτιμῶ ταύταις, νῦν δὲ ἐλέγχει καὶ εἰρωνεύεται αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ Σωκράτους. Irridet eam fr. 23, quod carmen ad Atthidem ipsam scriptum videtur:

(Ἀτθί,) τίς δέ σ' ἀγροῖωτις ἀγροῖωτιν ἐπεμμένα  
 Στολάν, θέλλει \* \* νόον,

Οὐκ ἐπισταμένα τὰ βράκε' ἔλκην ἐπὶ τῶν σφυρῶν;

Ceterum hujus fragmenti hic est sensus: Amavi te quidem, non tamen usa sum flore virginitatis: nam mihi videbaris non satis esse matura: quod satis docent verba Maximi Tyrii XXIV: Οὐ προσιέναι φησὶν ὁ Σωκράτης Ἀλκιβιάδῃ ἐκ πολλοῦ ἑρῶν, πρὶν ἠγήσατο ἱκανὸν εἶναι πρὸς λόγους. Σμικρά μοι παῖς ἔτι φαίνο καὶ χαρίεσσα Σαπφῶ λέγει. Recte autem Atthis parva dicitur, si quidem Terentianus Maurus ita loquitur de ea c. IV v. 2154:

Cordi quando fuisse sibi canit Athhida

Parvam, florea virginitas sua cum foret.

Quae quin ex ipsius Sapphonis carminibus hauserit, non est dubitandum.

Sappho fr. 34. Etsi quodammodo ferri potest, quod vulgo legitur *μάλιστα*, longe tamen aptius atque elegantius ita legas :

*Τίω σ', ὃ φίλε γαμβρέ, καλῶς ἔϊκάσω;*

*Ὅρρακι βραδινῇ σε κάλιστ' ἔϊκάσω.*

Nam id, quod praecessit *καλῶς* paene efflagitat, ut *κάλιστα* sequatur. *Κάλιστα* autem aelicum est pro *κάλλιστα*, ut *κάλιον* pro *κάλλιον* illi dicunt. Scholiasta Wassenbergh. ad Homerī Iliad. II, 129: *Τῷ διπλασιασμῷ ἐναντίον ἢ παρέλλειψις. ἔστι δὲ παρέλλειψις, ὅταν τῶν διπλασιαζομένων συμφωνῶν ἐν παραλείπηται, οἷον παρ' Ἀλκαίῳ τὸ κάλιον ἀντὶ τοῦ κάλλιον.*

Sappho fr. 41: *Ὁ μὲν γὰρ καλὸς ὅσον ἰδεῖν πέλεται,*

*Ὁ δὲ κάγαθὸς αὐτίκα καὶ καλὸς ἔσται.*

Sed haec corrupta esse tum sententia, quae parum est apta, tum vero etiam metrum arguit. Ita Sappho scripsisse videtur :

*Ὁ μὲν γὰρ καλὸς ὅσον ἰδεῖν πέλεται ἀγαθός,*

*Ὁ δὲ κάγαθὸς αὐτίκα καὶ καλὸς ἔσσειαι.*

Hoc enim dicit: Qui pulcher est, is quantum quidem ex specie externa conijcere licet, bonus est: sed bonus qui est, is statim etiam pulcher erit. Verba *πέλεται ἀγαθός* ex more poetarum aelicorum in unum sunt contrahenda.

Sappho fr. 62: Neque metrum horum versuum est integrum, neque *καὶ* ita positum ferri potest. Verbo *στᾶθι* transposito, ita lego :

- v - - - vv - v *Κᾶντα*

*Στᾶθι φίλος, καὶ*

*Τὴν ἐπ' ὅσοις ἀμπέτασον χάριν (καὶ —)*

Sappho fr. 73: Cum apud Demetrium legatur *νίψω* (Victo-

rius p. 152: „Cum autem hic olim initio exempli legeretur in omnibus libris *νήψω*, emendavi secundum scripturam quae apud Hephaestionem est; ipse enim quoque citavit hunc locum, *ψψι*.“) scribendum puto *ἦψοι*. Ita enim Aeoles dixisse videntur. Herodianus *περὶ μονήρ.* λέξ. p. 22: “*Ἦψος — Αἰολεῖς δῖψος λέγουσιν αὐτὸ οἰκειότερον, ἔστι γὰρ εὐρεῖν τὸ ἰ πρὸ διπλοῦ Ἦζω, Ἦξός, μέγα δ' ἦψω λαὸν Ἀχαιῶν.* ubi scribendum est: *Αἰολεῖς δ' ἦψος λέγουσιν αὐτὸ*: quibus non repugnant ea, quae leguntur apud Theog. in Bekk. Anecd. III p. 1428: “*Ἦψος· γεγονέναι δ' αὐτὸ φασιν παρὰ τὸ ὄπτω, βλέπω, ὄψω, ὄψος καὶ τροπῇ Αἰολικῇ ἦψος. οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ πνευμάτων*: his enim nihil aliud docetur, quam Aeoles *ο* in *υ* mutare. Recte autem censuerunt Bentley et Hermannus Element. p. 28 *μεσύμνιόν* illud “*Ἰμῆραον* extra versum esse; quamquam hi versus non sunt aeolici, sed heroici:

*Ἰψοι δὴ τὸ μέλαθρον (Ἰμῆραον) ἀεὶρῶτε τέκτονες ἄνδρες*  
(*Ἰμῆραον*).

Sequuntur haec apud Hephaestionem: *Γαμβρός ἔρχεται ἴσος Ἀρηῖ*, quae aucta leguntur apud Demetrium: *Γαμβρός εἰς-έρχεται ἴσος Ἀρηῖ, ἀνδρὸς μεγάλου πολὺ μείζων.* πολὺ enim pro πολλῷ recte legitur apud Casaubonum ad Theophrast. p. 253. Deinde illud *ἀνδρὸς* prorsus delendum censeo: unde *οἴστω* sit facile intelligitur: nam supra apud Demetrium pro *ἀεὶρῶτε τέκτονες ἄνδρες* legitur *ἀείρατε τέκτονες*, omisso *ἄνδρες*. Satis autem aptum est *μεγάλου μείζων*, cui non dissimile est Sapphonis illud *χρυσῶ χρυσοτέρα* fr. 96. *Ἀρηῖ* autem alienum est a poeta aeolico: debebat enim *Ἀρευι* dici ab aeolico *Ἀρευς*. Chaerobosc. Bekk. Anecd. III p. 1540: “*Ἀρευς· τὰ εἰς ἐνς ἀποβάλλουσι τὸ σ κατὰ τὴν γενικὴν χωρὶς τοῦ Ἀρευς Ἀρευος. τοῦτο γὰρ ἐφύλαξε τὸ σ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν, οἷον Ἀρευος στρατιωτέροις καὶ πάλιν· τὸ γὰρ Ἀρευῖ καταθανεῖν καλόν· καὶ πάλιν· Μίξαντες ἀλλήλοισιν Ἀρευα.* Sappho fr. 88 (sic enim legendum est)

- - - 'Ο δ' Ἄρεος φασί κεν Ἄραιστον ἄγην βίη.

Eustathius ad Iliad. V p. 518, 35: Ἔσται δὴ καὶ Ἄρεος εὐθέϊα, ἣ τις παρ' Ὀμήρῳ μὲν οὐκ ἔστι, παρὰ δὲ Ἀλκαίῳ εὐρέθη, οὗ καὶ χρῆσιν προαγαγὼν (Herodianus) λέγει καὶ ὅτι βεβαρυτόνηται μόνον ἐκ πάντων τῶν εἰς εὐς, ὡς Αἰολικόν. Αἰολέων γὰρ ἴδιον τὸ βαρυτονεῖν. Etymol. M. p. 198, 45: Τοιοῦτον δὲ τὸ Ἄρες Αἰολικῶς. κοινῶς γὰρ Ἄρης λέγεται. ubi pro Ἄρες legendum Ἄρεος. Eodem errore Gregor. Corinth. p. 613: Καὶ τὸ μὲν ἦ εἰς ε τρέπουσιν, ὡς τὸ Ἄρης Ἄρες: lego: η εἰς εὔ — Ἄρεος. Hic autem scribendum est Ἄρει vel Ἄρη. Ita Alcaeus fr. I, 1:

Μαρμαίρει δὲ μέγας δῦμος χαλκῷ· πᾶσα δ' Ἄρει κεκόσμηται στέγη.

Ubi libri nonnulli Ἄρη vel Ἄρει. Et, fr. 9:

Σῶς Ἀλκαῖος Ἄρει.

Ita igitur hic versus legendus est:

Γαμβρὸς ἐσέρχεται ἴσος Ἄρη, μεγάλῳ πολὺ μείζων.

Adjungendus autem videtur his versibus alius apud Demetrium de eloc. 146 (fr. 69) Ἐκ δὲ παραβολῆς καὶ ἐπὶ τοῦ ἐξέχοντος ἀνδρὸς ἣ Σαπφῶ φησιν·

Πέρρῳχος, ὡς ὅτ' αἰδὸς ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν.

Quae optime conveniunt sponso. Tale igitur fuerit carmen:

Ἴφοι δὴ τὸ μέλαθρον ἀέρξετε τέκτονες ἄνδρες·

Γαμβρὸς ἐσέρχεται ἴσος Ἄρη, μεγάλῳ πολὺ μείζων

Πέρρῳχος, ὡς ὅτ' αἰδὸς ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν.

Quos versus canebant, ut conjicio, pueri; totum enim illud epithalamium alternatim a choro puerorum et puellarum canebatur, sicut factum est in Catulli carmine LXII. Et puellarum quidem choro tribuendum censeo venustissimum illud fragmentum

Οἶον τὸ γλυκύμαλον ἐρέθεται ἄκρω ἐπ' ὄσθῳ

Ἄκρον ἐπ' ἄκροιάτῃ· λελάθοντο δὲ μυλοδροπῆες,

Οὐ μὴν ἐκλελάθοντ', ἀλλ' οὐκ ἐδύναντ' ἐφικέσθαι.

Sapphonis puto fragmentum esse egegium illud apud Deme-

trium de elocut. c. 106: Τὸ δὲ ἐπιφώνημα καλούμενον ὀρί-  
ζοιτο μὲν ἄν τις λέξιν ἐπικοσμοῦσαν. ἔστι δὲ τὸ μεγαλοπρε-  
πέστατον ἐν τοῖς λόγοις· τῆς γὰρ λέξεως ἣ μὲν ὑπηρηγεῖτ', ἣ  
δὲ ἐπικοσμεῖ· ὑπηρηγεῖτ' μὲν ἣ τοιάδε·

Ὅταν τὰν ὑάκινθον ἐν οὖρσι ποίμενες ἄνδρες

Ποσὶ καταστειβουσι,

Ἐπικοσμεῖ δὲ τὸ ἐπιφερόμενον τὸ·

Χαμαὶ δέ τε πορφύρον ἄνθος.

Post ἄνθος quaedam ommissa sunt: haec quoque ejusdem epi-  
thalamii, et a puellis cantata esse videntur. Cum hyacintho  
novam nuptam etiam Catullus comparat LXI, 91:

Talis in vario solet

Divitis domini hortulo

Stare flos hyacinthinus.

Comparari etiam possunt, quae idem dicit LXII, 59:

Ut flos in septis secretus nascitur hortis,

Ignotus pecori, nullo contusus aratro,

Quem mulcent aurae, firmat sol, educat imber:

Multi illum pueri, multae optavere puellae:

Idem quom tenui carptus defloruit ungui,

Nulli illum pueri, nullae optavere puellae.

Sappho fr. 76 ita scribendum est:

Ἔστ' ἰ μοι καλὰ πάϊς, χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν

Ἐμφέρον ἔχοισα μορφὰν Κλαῖς ἀγαπατά.

Vulgo legitur ἐμφερῆ hiatu vix ferendo: restituenda erat  
terminatio aeolica. Choeroboscus in Bekk. Anecd. III p.  
1253: Εἰ δὲ ὀξύνεται ἡ εὐθειά, αἱ εἰς ἣν λήγουσαι αἰτιατι-  
καὶ ἀπὸ γενικῶν εἰς οὖς ληγουσῶν οὖσαι βαρύνονται διὰ τὸ  
τοὺς Αἰολεῖς κεχρηῆσθαι ταύταις ταῖς αἰτιατικαῖς· δυσμενῆν  
γὰρ λέγουσι καὶ κυκλωτέρην καὶ εὐρυνέτην, εὐθειῶν ὀξυνο-  
μένων, οἷον ὁ δυσμενῆς, ὁ κυκλωτερῆς, ὁ εὐρυνεφῆς. Etym.  
M. p. 675, 29: Πλειάρειν· (l. πλείρειν) τὸν γὰρ πλήρην  
(πλήρη) οὗτος ἔφη πλειάρειν (πλείρειν)· οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὸ

ἦ εἰς εἰ δίφθογγον μεταβάλλουσι. τὸ γὰρ πένης πένεις λέγουσιν. Sappho ipsa fr. 29: —

Ἄλλά τις οὐκ ἐμὲ παλιγρότων

Ἵοργάν, ἀλλ' ἀβάκην τὰν φρέν' ἔχω.

Sapphonis esse puto fragmentum apud Apollon. de syntaxi p. 246, quod sic corrigo:

Αἰθ' ἐγὼ χρυσοστέφαν' Ἀφροδίτα

Τόνδε τὸν πάλον λαχόην. υ - υ

Vulgo legitur *λαχοίην*, sed emendationem meam et metrum commendat et Etymol. M. p. 558, 28 confirmat: *Λαχόην* ἔστι λάχοιμι, λάχοις, λάχοι. τοῦτο γίνεται κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ἠ ἀπτικῶς λαχοίη, εἴτα προσθήσει τοῦ σ λαχοίης, καὶ τροπῇ τοῦ σ εἰς υ γίγνεται τὸ πρῶτον· καὶ ἀποβολῇ Αἰολικῇ τοῦ ι λαχόην.

Alcaeus Fr. 12 ed. Matthiae: Ἄνδρες γὰρ πόλεως πύργος ἀρήιος. Particula γὰρ haud dubie a scholiasta adjecta est propter similitudinem versus Aeschylei: Ἄνδρῶν γὰρ ὄντων ἔρκος ἐστὶν ἀσφαλὲς, et ommissa est ab aliis, qui Alcaei versu utuntur. Recte autem vidit Guil. Dindorfus ad Aristidem T. I p. 791: Ἐὰν ᾧ μακάριοι τοῦ θαυμάζειν τοὺς λίθους ἀνῆτε μικρόν τι, καὶ νομίσητε πλείονος ἀξίους ὑμῶς αὐτοὺς τῶν οἰκοδομημάτων, καὶ πιστεύσητε ἀληθὲς εἶναι τὸ πάλαι τοῦτο, ὡς ἄρα οὐ τείχη, οὐδὲ ῥόδεα, οὐδὲ στοαί, οὐδὲ ὁ τῶν ἀψύχων κόσμος αἱ πόλεις εἶεν, ἀλλ' ἄνδρες εἰδότες αὐτοῖς θαρῶεῖν, fragmentum hoc cohaerere cum praecedenti. Sed non probanda videtur Matthiae sententia, qui Alcaei quaedam servata putat in his Aristidis verbis T. II p. 273: Μόνος δέ μοι δοκεῖ πάντων ἀνθρώπων ἢ κοιμηθῆ γε ἐν ὀλίγοις δεῖξαι Θεμιστοκλῆς ἀληθῆ τὸν λόγον ὄντα, ὃν πάλαι μὲν Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς εἶπεν, ὕστερον δὲ οἱ πολλοὶ παραλαβόντες ἔχρησαντο, ὡς οὐ λίθοι, οὐδὲ ξύλα, οὐδὲ τέχνη τεκτόνων αἱ πόλεις εἰσὶν, ἀλλ' ὄπου ποτ' ἂν ᾧσιν ἄνδρες αὐτοὺς σῶζειν εἰδότες, ἐνταῦθα τείχη καὶ πόλεις. Nihil

enim in his est, quod ad Alcaeam jure possit referri: neque in altero loco Aristidis II p. 821: *Αἰ' ἅ πάντα χρῆ καὶ τὸ συμβεβηκὸς ἐνεγκεῖν ὡς πρῶτάτα, καὶ τῶν δευτέρων ἐρῶ- μένως ἀντέχεσθαι, καὶ τὸν λόγον βεβαιῶσαι, ὅτι οὐκ οἰκίαι καλῶς ἐστεγασμένοι, οὐδὲ λίθοι τειχῶν εὖ δεδομημένοι, οὐδὲ στενωποί τε καὶ νεώρια ἢ πόλις, ἀλλ' ἄνδρες χρῆσθαι τοῖς αἰεὶ παροῦσι δυνάμενοι; omnia sunt ex Alcaeo deprompta, si discesseris ab his verbis: οὐδὲ λίθοι τειχῶν εὖ δεδομημένοι. Ita enim Alcaeus scripsisse videtur:*

- v - v v - v v Οὐ λίθοι

Τειχῶν εὖ δεδομημένοι,

Ἄλλ' ἄνδρες πόλεως πύργος ἀρήϊοι.

Alcaeus Fr. 27: Ὅρει μὲν ὁ Ζεὺς, ἐκ δ' ὄρανῳ μέγας

Χείμων, πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί.

Pro ἐκ δ' ὄρανῳ alii legunt ἐν δ' ὄρανῳ, sed alteram lectionem satis confirmat Theocritus, qui hos Alcaei versus imitatus est XXII, 10:

Οἱ δὲ σφέων κατὰ πρύμναν ἀείραντες μέγα κῆμα,

Ἦε καὶ ἐκ πρῶραθεν, ἣ ὄππα θυμὸς ἐκάστον

Ἔς κοίλαν ἐρῶϊψαν, ἀνέρρηξαν δ' ἄρα τοίχους

Ἀμφοτέρως· κρέματα δὲ σὺν ἰστίῳ ἄρμενα πάντα,

Εἰκῆ ἀποκλασθέντα· πολὺς δ' ἐξ οὐρανοῦ ὄμβρος,

Νυκτὸς ἐφεροπούσας· παταγεῖ δ' εὐρεῖα θάλασσα.

Alcaeus fr. 28 A. Proclus ad Hesiod. Opera v. 584 haec scribit: Τοιαῦτα δὲ καὶ τὸν Ἀλκαῖον ἄδειν·

Τέγγε πνεύμονας οἴνο· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.

Ἄ δ' ὄρα χαλεπά,

Ἀγεῖ δ' ἐκ πετάλων τάδε ἂν τέτιξ.

Ἄνθει δὲ καὶ σκόλυμος, νῦν δὲ μακρόταται γυναικες,

Λεπτοὶ δὲ τοὶ ἄνδρες, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γόνατα Σεί-  
ριος ἄξει.

Proclus cum haec Alcaei verba ex antiquis commentariis exscriberet, plura omisit: ut, post ἅ δ' ὄρα χαλεπά neglexit haec: πάντῃ δὲ δίψαισ' ὑπὸ καύματος, ita etiam post τέτιξ

quaedam omissa esse, metrum satis arguit. Blomfieldus ὑπὸ τῶν πετρῶν, Scidlerus πετρύγων ὑπο addenda censuit: mihi plura excidisse videntur. Sed si recte conjicio, ipsa Alcaei verba sunt servata apud Demetrium de elocutione c. 142: *Γίνονται δὲ καὶ ἀπὸ λέξεως χάριτες, ἥγουν ἀπὸ μεταφορας, ὡς ἐπὶ τοῦ τέττιγος. Πτερύγων δ' ὑποκαχέει λιγυρὰν αἰοιδάν, ὃ τι ποτ' ἀνφλόγιον καθέταν ἐπιπτάμενον καταυδείη.* Quae cum poetae nomine non adjecto citentur, Sapphoni viri docti tribuerunt, quia alias fere Demetrius exemplis ex Sapphone petitis utatur: sed mihi multo veri similis videtur ea ex hoc ipso Alcaei carmine esse deprompta: et deprehenduntur in his satis aperta vestigia choriambici metri. Initium fragmenti ita restituendum videtur: *Πτερύγων δ' ὑπο*

*Καχέει λιγυρὰν πυκνὸν αἰοιδάν, v u ὀππότεαν*

Adjeci πυκνὸν: manifesto enim Alcaeus imitatur Hesiodum Oper. v. 583:

*Ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, καὶ ἡχέτα τέττιξ*

*Δενδρέω ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύει' αἰοιδὴν*

*Πυκνὸν ὑπὸ πετρύγων, θέρεος καματώδεος ὦρη.*

Sequentia verba difficillima sunt emendatu, sed hoc satis apparet eandem iis inesse sententiam, quam Hesiodo: *θέρεος καματώδεος ὦρη.* Ultima verba Goettlingius Alcaei esse negat, et tribuit comico, ita constituta:

*Ἀνθεῖ δὲ καὶ ὁ σκόλυμος, νῦν δὴ μιαιώτατα εἰσι γυναικες,*

*Ἄεπτοι δὲ τοὶ ἄνδρες, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει.*

Sed sunt haec quoque Alcaei, quod confirmat Plinius Hist. N. XXII, 43: ubi de scolymo loquitur: „Venerem stimulare in vino, Hesiodo et Alcaeo testibus: qui florente ea cicadas acerrimi cantus esse, et mulieres libidinis avidissimas, virosque in coitum pigerrimos scripsere, velut providentia naturae hoc adjumento tunc valentissimo.“ Pro γούνατα scripsi γόνα. Stephanus Byz. v. Γόνοι: *Γόνα γὰρ οἱ Αἰο-*

λεῖς τὰ γόνατα, ubi codices duo: γόνα; utrumque dixerunt Aeoles, sicut ὄρανός et ὀρήανός pro οὐρανός, βόλομαι et βόλλομαι pro βούλομαι. Totum igitur carmen ita fere legendum:

Τέγγε πνεύμονα Φοίνῳ • τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται,  
 Ἄ δ' ὦρα χαλεπά • πάντα δὲ δίψαισ' ὑπὸ καύματος.  
 Ἄχεϊ δ' ἐκ πετάλων Γαδέα τέτιξ, πτερύγων δ' ὑπο  
 Κακχέει λιγυρὰν πυκνὸν αἰοῖδ' \* \* ὀππόταν  
 Φλόγιον καθέταν ἐπιπτάμενον καταυδεῖη.  
 Ἄνθεϊ δὲ σκόλυμος • νῦν δὲ γυναῖκες μιαρώταται,  
 Λεπτοὶ δ' ἄνδρες, ἐπειδὴ κεφαλὴν καὶ γόνα Σείριος  
 Ἄξει.

Alcaeus fr. 32. Athenaeus XV p. 687 d: Καὶ ὁ ἀνδρειό-  
 τatos δὲ, προσέει δὲ καὶ πολεμικὸς ποιητῆς Ἄλκαϊος ἔφη •  
 κάδδ' ἐχεύσατο μύρον ἀδύ κατῶ στήθεος ἄμμι. Hoc frag-  
 mentum Matthiae putat idem esse cum eo, quod Plutarchus  
 Sympos. III, 1. affert: Διὸ μάλιστα τοὺς ἀνηθινοὺς (ita  
 vere Blomfieldus correxit) ἐκ τῶν τραγγήλων καθάπτοντες  
 ὑποθυμίδας ἐκάλουν, καὶ τοῖς ἀπὸ τούτων μύροις ἔχριον τα  
 στήθη. Μαρτυρεῖ δὲ Ἄλκαϊος κελεύων καταχέαι τὸ μύρον  
 αὐτοῦ κατὰ τᾶς πολλὰ παθοῖσας κεφαλαῖς καὶ τῶ πολιῶ στή-  
 θεος. Sed mirum profecto esset, si Athenaeus, qui fere  
 semper integris poetarum locis utitur, hic quidquam prae-  
 termisisset: praesertim cum nihil indicet quidquam deesse:  
 nec numeri iidem esse videntur. Existimo igitur utrumque  
 diversorum carminum fragmentum esse. Et in priore qui-  
 dem ferri non potest καδδὲ χεύσατο μύρον ἄμμι, ut Mat-  
 thiae vere monuit. Codex C hanc praebet lectionem: καδ-  
 δεχεύατο, quae proxime accedit ad veram scripturam: legen-  
 dum enim est:

Κάδ δὲ χεύατω μύρον ἀδύ κατῶ  
 Στήθεος ἄμμι.

Iam vero hoc conjungendum puto cum fragmento sequenti  
 (33) hoc modo:

Ἄλλ' ἀνήτω μὲν περὶ ταῖσι δέξῃαις  
 Περθέτω πλεκταῖς ὑποθυμίδας τις,  
 Καὶ δὲ χενάτω μύρον ἄδῦ κατ τῷ  
 Στήθεος ἄμμι.

Ita integram Sapphicam stropham habemus, qua Alcaeus quoque, rarius tamen ut videtur, usus est, sicut hymnum in Mercurium eo metro conscripsit fr. 22 :

Χαῖρε Κυλλάνας ὁ μέδεις· σὲ γάρ μοι. Adde fr. 15:  
 Αἰ δέ κ' ἄμμι Ζεὺς τελέσῃ νόημα.

Versu primo utrum scribatur περὶ ταῖσι δέξῃαις an περὶ ταῖς δέξῃαισι nihil interest: δέξῃαι Aeolensibus proprium esse affirmat Etymol. M. p. 262, 52: Δειρή· ἐκ τοῦ δέρω δέρη καὶ πλεονασμῷ τοῦ ἰ δειρή — οἱ μέντοι Αἰολεῖς δέξῃη λέγουσιν. et p. 663, 46: Περιδέρειον (voluit περιδέξῃιον) περιτραχήλιος κόσμος, ἀπὸ τοῦ δέξῃη Αἰολικῶς, ὃ σημαίνει τὸν τράχηλον. ὁ δὲ Ὄρος ὁ Μιλήσιος διὰ τῆς ἰα διαφθόρου γράφει καὶ ἐνὸς ῥ· ῥῖ μᾶλλον πειστέον. δέρα dixit Sappho:

Κάπαλαις ὑποθυμίδας  
 Πλεκταῖς ἄμπ' ἀπαλῶ δέρα.

Scripsi ibi κάπαλαις pro καὶ πολλαῖς, quod parum aptum. Ceterum et in hoc Alcaei versu et in fragmento Sapphonis apud Athen. XV p. 674 e codices omnes habent ἀνήτω; quod Guilelmus Dindorfius Aristophani feliciter restituit, sed apud Alcaicum et Sapphonem haec forma propter metrum admitti nequit. Sapphonis versus est:

Ὅρπακας ἀνήτω συνεξῃαισ' ἀπαλαῖσι χερσίν.

Suspicio utroque in loco scribendum esse: ἀνήττω: quam verbi formam satis tuctur Grammaticus in Bekk. An. I p. 403, 5: Ἄνηττον. τὸ ἄνηττον ἐν τοῖς δύο ἢν καὶ δύο ττ. Quamquam ἄνηττον vix puto in usu fuisse, sed Attici dixerunt ἄνηθον, Aeoles ἄνηττον. Cf. Pollux VI, 107: Ἄνακρέων δὲ καὶ μύρτοις στεφανοῦσθαι φησι, καὶ κοριάννοις, καὶ λύγῃ, καὶ Νανκρατίτῃ στεφάνῳ — καὶ ἀνήττω, ὡς καὶ

Σαπφω καὶ Ἀλκαῖος. Ut autem hic errore librarii scripserunt ἀνήτω, ita etiam peccatum est in Grammatico apud Koenium ad Gregor. Corinth. p. 588 ed. Schaefer: Χαλινός διὰ τοῦ ἰ γράφεται· ἐπειδὴ οἱ Αἰολεῖς Χάλινος λέγουσιν, ὡσπερ ὄμιλλος: quod in errorem induxit Koenium: dicunt Aeoles χαλινός, sicut σελάννα, non quod grammatici perhibent, σελάννα.

Alterum Alcaei fragmentum, quod apud Plutarchum legitur, ita fortasse constituendum est:

Κατ τὰς πολλὰ παθοῖσας κεφαλαῖς χεῦσον ἐμοὶ μύρον

Καὶ κατ τῷ πολιῷ στήθεος.

Est autem fortasse ex eodem carmine, cujus particula superest fr. 31:

Πίνωμεν· τί τὰ λύγν' ἀμμένομεν; δάκτυλος ἀμέρα

et quae sequuntur. Ceterum non potest id esse offensionī, quod tanta similitudo sententiae verborumque intercedat inter utrumque fragmentum, ita Alcaeus fr. 28 A dixit ipse:

Τέγγε πνεύμονα Φοῖνο· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.

et in alio carmine nihilominus idem eodem modo repetiit:

Πίνωμεν· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.

Alcaeus fr. 54: "Ἄλλοτε μὲν μελιαδέος, ἄλλοτε δ'

Ὅξυτέρου τριβόλων ἀρνημένοι.

Ita scribendum puto: vulgo legitur ἀρνημένοι, quod alii aliter emendaverunt. Ἀρνημένοι dictum est pro ἀρνύμενοι vel potius ἀρυντέμενοι: Aeoles enim etiam in formis passivis et mediis verborum in  $\mu\bar{i}$  desinentium servarunt vocalem longam. Etymol. M. p. 45, 51: Ἀκαχήμενος, λυπούμενος. ἰστέον ὅτι τὸ ἀκαχήμενος, ἐπεὶ ὄφειλε παροξύνεσθαι, ὡς τὸ πεποιημένος, οὐκ ἔστι παρακείμενος. ἀλλ' ἔστιν ἀπὸ τοῦ ἀκάχω. ἀκάχημι· ὁ παθητικὸς ἀνεστώς, ἐκάχημαι· οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὴν παραλήγουσαν οὐ συστέλλουσι. καὶ ἡ μετοχὴ ὁ ἀκαχήμενος. et p. 56, 32: Ἀλλαλήμενος. ἰστέον ὅτι τὸ ἀλαλήμενος καὶ ἀκαχήμενος οὐκ εἰσὶ παρακείμενοι. ἐπεὶ ὄφειλον παροξύνεσθαι, ὡς τὸ πεποιημένος. ἀλλ' ἔστιν ἀλῶ, ἄλημι.

ἀκαχῶ, ἀκάχημι, ἐνεστῶτες. ὁ παθητικὸς ἀκάχημαι καὶ ἀλάλημαι Αἰολικῶς· οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὴν παραλήγουσαν οὐ συστέλλουσιν. καὶ ἡ μετοχὴ, ἀλαλήμενος καὶ ἀκαχήμενος. ibidemque l. 49: οὕτω δὲ ἐνεστῶς ἐστὶν ἀλυκτῶ, οὐ παραγωγὸν εἰς μι ἀλύκτητα. οὐ παθητικὸς αἰολικῶς ἀλύκτητα· ἐκεῖνοι γὰρ οὕτω ποίηται καὶ νόηται λέγουσι, καὶ ἐν διπλασιασμῷ ἀλαλύκτητα. Ita dixit Alcaeus fr. 2, 5:

Ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον

Ναὶ φορήμεθα σὺν μελαίνα.

Theocrit XXVIII, 5:

Τυῖδε γὰρ πλόον εὐάνεμον αἰτήμεθα παρ Διός

et XXIX, 30:

Κᾶμμες βαρδύτεροι τὰ ποτήμενα συλλαβῆν.

Sed non solum Acoles, verum etiam Boeoti ita locuti esse videntur: nam apud Aristophanem in Acharnensibus v. 890 cum Elmslejo legendum est:

Καὶ σέ γε φανῶ πρὸς τοῖςδε.‡ BOI. Τί ἀδικεῖμενος; Neque vero offendendum est in forma ἀρῦτημι: vulgo quidem existimant verba in μι desinentia ab iis tantum verbis, quae contracta dicuntur, formari posse, sicut censuit Apion. Apollonius de syntaxi p. 92: Καὶ παρὰ Ἀλκαίῳ οἱ περὶ Ἀπίωνα τὸν μόχθον τὸ

Κυλλάνας ὁ μεδεῖς

ἐν ῥήματος συντάξει ἤκουον. οὐ παραδεχόμενοι μετοχὴν τοιαύτην ἐκ βαρυτόνου ῥήματος, εἶγε τῆς τοιαύτης λήξεως οὐκ ἔχονται κατὰ τὸ κοινὸν ἐκ βαρυτόνων οὐσαι ῥημάτων ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ τοιοῦτον ἐδείκνυτο, ὡς καὶ περισπῶμενον εἶη ῥῆμα τὸ μεδῶ, ἔνθα καὶ τὸ·

Δωδώνης μεδέων,

ἀφ' οὗ τὸ μέδημι, ὡς οἴκημι, Sed tamen Acoles etiam ab iis verbis, quae semper barytona fuisse videntur, formarunt verba in μι desinentia. Ita Alcaeus ipse dixit ἀχνάσδημι. Etym. M. p. 181, 45: Ἀχνάσδημι κακῶς· παρὰ Ἀλκαίῳ. ἐστὶν ἄχω, παράγωγον ἀχάζω, ἀχάζημι. καὶ τροπὴ τοῦ ζ εἰς

θ̄ και δ̄ πλεονασμῶ τοῦ ν̄ ἀγνάσδημι. οὕτως Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. Minus huc pertinet (nam formam ἐρῶ olim exstitisse monstrat futurum ἐρῶήσω) quod ibidem legitur p. 577, 19: Ἐρῶεντί παρὰ Ἀλκαίῳ. ἀπὸ τοῦ ἐρῶ ἢ ἐρῶ περισιωμένον, ἢ μετοχὴ ἐρῶεις, ἐρῶέντος· και ὡς παρὰ τὸ ἐθέλοντος ἐθελοντί, οὕτω και παρὰ τὸ ἐρῶέντος ἐρῶεντί. Sed dixerunt Aeoles φέρημι; apud Sapphonem fr. 68

Ἔσπερε, πάντα φέρων ὅσα φαινόλις ἐσκέδασ' αὔως, scribendum est ex Demetrio πάντα φέρεις, quod participium esse, non secundam personam (Neue: Vesper, qui omnia affers) censeo.

Alcaeus fr. 41. Aristoteles haec dicit: Τὰ ἀλοχρὰ ἀλοχύνονται και λέγοντες και ποιῶντες και μέλλοντες, ὥσπερ και Σαπφῶ πεποίηκεν εἰπόντος τοῦ Ἀλκαίου·

Θέλω τί τ' εἰπῆν, ἀλλά με κωλύει  
Αἰδῶς.

Αἰδ' ἴκέ σ' ἐσλῶν, et quae sequuntur Sapphonis verba. Ita vulgo hoc Alcaei fragmentum dividitur, sed rectius, opinor, statuas, haec in unum versum conjungenda esse:

Θέλω τι Φειπῆν, ἀλλά με κωλύει αἰδῶς.  
vel κωλύη αἰδῶς, quod per synizesin proferendum est, sicut Sappho dixit fr. I, 11:

Πυκνὰ δινηῆτες πτέρ' ἀπ' ὄρανῶ αἰθέ —  
Ρος διὰ μέσσω.

et, si recte emendavimus, fr. 41:

Ὅ μὲν γὰρ καλός, ὅσσον ἰδεῖν πέλεται ἀγαθός.

Versum autem ejusdem metri assertit ex Alcaeo Hephaestion p. 80: Τρίμετρον δὲ ἀκατάληκτον τὸ τοῦτου περιτεῦθον συλλαβῆ τῆ τελευταία, καλούμενον δὲ ΑΛΚΑΙΚΟΝ ΔΩΔΕΚΑΣΥΛΛΑΒΟΝ, οἶον·

Ἰόπλοχ', ἀγνὰ, μειλιχόμειδε Σαπφοῖ.

Qui versus, ut ego conjicio, fuit initium (solet enim Hephaestio fere semper primum versum adferre) illius ipsius car-

minis, quo utitur Aristoteles; sic autem haec fragmenta con-  
jungo: Ἰόπλοχ', ἀγνά, μελιχόμειδε Σαπφοῦ,

Θέλω τι Γειπῆν, ἀλλά με κωλύει αἰδώς.

Ad Sapphonem fortasse illud quoque carmen scriptum fuit,  
cujus initium superest fr. 40:

Δέξαι με κομάζοντα, δέξαι, λίσσομαι σε, λίσσομαι.

Quibuscum compares Hermesianactem apud Athenacum XV,  
p. 598 b:

Λέσβιος Ἄλκαϊος δὲ πόσους ἀνεδέξατο κόμους

Σαπφοῦς φορμίζων ἡμερόεντα πόθον,

Γιγνώσκεις. Et Sapphonis fragmentum 20 videtur ad  
Alcaeam scriptum esse:

Ἄλλ' ἐὼν φίλος ἀμμέσιν,

Λέχος ἄρνησο νεώτερον·

Οὐ γὰρ τλάσομ' ἐγὼ ξυνοί-

Κῆν νέη, οὔσα γεραιτέρα.

Sappho enim aetate provecior, quam Alcaeus fuisse videtur.

Alcaeus fr. 47. Eustathius priore loco haec dicit: Ἄλ-  
καῖος οὖν ἐκ πλήρους ἔφη τὸ κινήσας τὸν πήρας πυκινὸν λί-  
θον, κομμικευσάμενος ἐκεῖνος, καὶ ἀντὶ τοῦ ἱερᾶς ὡς ἐν πα-  
ρόδῳ (videtur voluisse scribere παροδῆ) γράψας τὸ πήρας:  
posteriore autem: Ὅθεν καὶ παροιμία κινεῖν τὸν ἀπ' ἱερᾶς,  
λίθον δηλαδῆ. — Ἄλκαϊος δὲ φησιν ἐκ πλήρους· νῦν δ'  
οὗτος ἐπικρατεῖ κινήσας τὸν πείρας πυκινὸν λίθον. Ego vero  
puto Eustathium, ut alibi saepius, scriptura corrupta in er-  
rorem inductum esse. Alcaeus scripsisse videtur:

- - - ν ν Νῦν δ' οὗτος ἐπικρατεῖ,

Κινήσας τὸν ἀπ' ἱερᾶς πυκινὸν λίθον.

Ἐπικρατεῖ aeolicum est pro ἐπικρατεῖ, ut dicunt κράτος pro  
κράτος: iidemque pro ἱερὸς dicunt ἱρὸς vel potius ἱρός.  
Gregor. Corinth. p. 589 ed. Schaefer. Τὸ ἱερὸν ἱρὸν: scripsi  
igitur τὸν ἀπ' ἱερᾶς vel ἱρας.

Alcaeus fr. 49: Ἀχιλλεῦ, ὅς τῆς Σκυθικᾶς μέδεις.

Haec si incorrupta essent, certe scribendum μέδης: ea enim forma est secundae personae apud Aeoles; sed corrigendum puto: Ἀχιλλεῦ ὁ τᾶς Σκυθικᾶς μέδεις.

Μέδεις enim est participium a verbo μέδημι, ut ipse Alcaeus supra fr. 22: Χαῖρε Κυλλάνας ὁ μέδεις· σὲ γὰρ μοι. Ita enim verissime Seidlerus hunc versum correxit. Et usitatum omnino in tali invocatione participium. Ita in veteri scolio apud Athen. XV p. 694 b:

ὦ Πᾶν, Ἀρκαδίας μέδων κλεενῶς,  
Ὀρχηστὰ Βρομίαις ὀπαδὲ Νύμφαις.

et Pindarus Partheniorum fragm. 2:

ὦ Πᾶν, Ἀρκαδίας μέδων καὶ σεμνῶν ἀδύτων φύλας.

Alcaeus fr. 50. Numeri, quos viri docti constituerunt, alienissimi sunt ab Alcaeo: lectionis autem diversitates sunt plurimae. Apud Diogenem enim scribitur: Ὡς γὰρ δὴ ποτ' Ἀριστόδαμον, ὃν φασιν οὐκ ἀπάλαμνον ἐν Σπάρτῃ λόγον εἰπεῖν· χορήματ' ἀνήρ, πενιχρὸς δὲ οὐδεὶς πέλετ' ἐσθλός. Suidas: Ὡς γὰρ δὴ ποτ' Ἀριστόδαμόν φασιν ἐν Σπάρτῃ οὐκ ἀπάλαμνον λόγον εἰπεῖν, χορήματα. Plenius Scholiast. Pindari: Ὡς γὰρ δὴ ποτέ φασιν Ἀριστόδαμον ἐν Σπάρτῃ λόγον οὐκ ἀπάλαμνον εἰπεῖν· χορήματ' ἀνήρ, πενιχρὸς δὲ οὐδεὶς πέλετ' ἐσθλός οὐδὲ τίμιος. Ita est hoc carmen digerendum:

Ὡς γὰρ δὴ ποτ' Ἀριστόδαμόν φασ' οὐκ ἀπάλαμνον ἐν  
Σπάρτῃ λόγον  
Εἰπήν, χορήματ' ἀνήρ, πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πέλετ' ἐσθλός  
οὐδὲ τίμιος.

Est enim magnificentum illud metrum, quo usus est Alcaeus in fr. 1:

Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῶ· πᾶσα δ' Ἄρει κε-  
κόσμηται στέγη  
Λαμπραῖσιν κονέαισι, κατ' τᾶν λευκοὶ καθύπερθεν ἑπιιοὶ  
λόφοι,  
Νεύουδιν, κεφαλαῖσιν ἀνδρῶν ἀγάλματα, χάλκεια δὲ  
πασσάλοις

Κρυπτοῖσιν περικείμεναι λαμπραὶ κνάμιδες, ἄρκος ἰσχυρῶ  
 βέλεος,  
 Θώρακές τε νέω λίνω, κούλαι δὲ κατ' ἀσπίδες βεβλημέναι·  
 Πᾶρ δὲ Χαλκιδικαὶ σπάθαι, πᾶρ δὲ ζώματα πολλὰ καὶ  
 κυπαττίδες,  
 Τῶν οὐκ ἔστι λαθέσθ', ἐπειδὴ πρώτιστ' ὑπὸ ἔργον ἔστα-  
 μεν τόδε.

Idem metrum etiam fr. 46 esse videtur:

- - - υυ - υ - - Βληχρῶν ἀνέμων ἀχείμαντοι πρῶται.

et fr. 52:

- - - υυ - υ - Γαίας καὶ νεφρόεντος ὠρανῶ μέσοι.

et in eo carmine, cuius initium atque finis servatur, fr. 59:

Πέτρας καὶ πολυᾶς θαλάσσας τέκνον υυ - υ - υ - υ -  
 - - ἐκ λεπάδων υ - χαινίσσα φρένας ἅ θαλασσία λεπὰς.

Ita enim versus ille perobscurus scribendus videtur: sicut etiam fr. 60:

- - Ἐκ δὲ ποιτηρίων πῶ, νέοις Δινομένη παρίσδων - υ -

Ita enim corrigendum puto vulgatam scripturam: ἐκ δὲ πο-  
 τηρίων πῶνης. Πῶ (bibe) aeolicus est imperativus. Etymol.  
 M. p. 698, 51: Ἔστι δὲ καὶ ῥῆμα παρὰ Διολεῦσιν, οἶον·

Χαῖρε καὶ πῶ,

ὅπερ λέγεται ἐν ἑτέρῳ σύμπῳδι. τρίτης συζυγίας ἐστίν, ὡς  
 μυρῶ, διδῶ. Πῶ, ὅταν γένηται πῶδι ἐπαύξησης ἐστίν, ὡς  
 ζῆθι καὶ ζῶθι. Νέοις autem, nisi forte quis malit νοῖς, mo-  
 nosyllabon est, sicut Sappho fr. 20:

Ἄλλ' ἐὼν φίλος ἀμμέσιν

Λέχος ἄρνυσο νεώτερον.

Οὐ γὰρ τλάσομ' ἐγὼ ξυνοί-

Κῆν νέω εὔσα γεραιτέρα.

Cf. Guil. Dindorf. Praefat. Poet. Scenic. p. XXIII. Dinome-  
 nes autem quem hic compellat, is est, qui commemoratur fr. 70:

Ἦρ' ἔτι, Δινομένη, τῶ Φυρραδῆῳ

Τῶρμενα λαμπρὰ κέοντ' ἐν Μυρσιλήῳ;

sicut ista emendavit Seidlerus.

*Alcaeus fr. 65: Ἀργαλέον πενία κακόν, ἄσχετον, ἃ μέγαν  
Δάμνησι λαὸν ἀμαχανία σὺν ἀδελφεῷ.*

Hi numeri non videntur Alcaeo convenire; rectius Gaisfordius eos sic constituit:

*Ἀργαλέον πενία κακόν, ἄσχετον,  
Ἄ μέγαν δάμνησι  
Λαὸν ἀμαχανία σὺν ἀδελφεῷ.*

Nisi forte ita potius corrigendum est:

*Ἀργαλέον Πενία κακόν ἄσχετον, ἃ μέγα δάμνησι  
Λαὸν Ἀμαχανία σὺν ἀδελφεῷ.*

Paupertatem cum Inopia sorore tanquam deas alloquitur, plane ut Herodotus, Lesbium poetam, ut videtur, imitatus, VIII, 111: Θεοὺς δύο ἀχρήστους οὐκ ἐκλείπειν σφέων (i. e. Ἀνδρίων) τὴν χάραν, ἀλλ' αἰεὶ φιλοχωρέειν, Πενίην τε καὶ Ἀμηχανίην. Quibus simile in ipsa dissimilitudine est illud Theognidis v. 376: Πενίης

*Μητέρ' ἀμηχανίην ἔλαβον.*

Ceterum μέγα suppeditavit nunc codex apud Gaisfordium Versibus autem heroicis etiam Sappho usa est, sicut fr. 66:

*χρῦσειοι δ' ἐρέβινθοι ἐπ' αἰόνων ἐφύοντο.*

Ita enim legendum: fr. 67:

*Λατὼ καὶ Νιόβα μάλα μὲν φίλαι ἦσαν ἑταῖραι.*

Quamquam hi duo versus etiam ad aelicos hexametros referri possunt; fr. 78:

*Ἐσπερε, πάντα φέρεις, ὅσα φαινόλις ἐσκέδασ' αὖτως.*

Et heroicis versibus conscriptum fuit Sapphonis illud epithalamium, de quo supra diximus.

*Alcaeus fr. 123. Καί τις ἐπ' ἐσχατιαῶσιν οἰκεῖς.*

Οἰκεῖς nullo pacto ferendum, sed scribendum est οἶκίς, ita enim Aeoles pro οἶκος dixerunt. Etym. M. p. 216, 47: Βύκχίς, ὄνομα Αἰολικόν. παρὰ τὸ βάκχος, βάκχίς καὶ βύκχίς, ὡς ἔππος, ἵππις, καὶ οἶκος οἶκίς, καὶ τροπή τὸ ἄ εἰς υ, ὡς βᾶθος βυθίς. Sed verius, ut puto, Ludovicus Dindorf-

fius in Thesauro Steph. s. v. Βάχχις censet Οἶκίς et Ἰππίς fuisse nomina propria. Fortasse praestat ita corrigere hunc versum: Καὶ τις ἐπ' ἔσχατιαῖσιν οἴκεις.

h. e. καὶ εἴ τις οἴκῶν. οἴκεις participium est verbi aeo-lici οἴκημι, de quo dixit Apollon. de Syntaxi p. 92 ed. Bekker.

Alcaei fragmentum ab editoribus praetermissum legitur apud Scholiastam Pindari Olymp. X, 15: ἀλέγων· ὑμῶν· καὶ Ἀλκαῖος· οὐκ ἔγὼ λύκον ἐν Μοῖσαις ἀλέγω. παρὰ τὸ ἀλέγειν καὶ φροντίδα ποιεῖν, ubi scribendum puto:

Οὐκ ἔγω Λύκον ἐν Μοῖσαις ἀλέγω vel potius

- - - υυ Οὐκ ἔγω

Ἐν Μοῖσαις ἀλέγω Λύκον;

Lycus enim ille fuit puer amatus Alcaeo. Horatius Carm. I, 32. Ad eundem fortasse puerum referendum est id, quod Cicero dicit de Nat. Deor. I, 28: Naevus in articulo pueri delectabat Alcaicum: at est corporis macula naevus: illi tamen hoc lumen videbatur. Ibi cod. Paris. Fa. in periculo pueri, cod. Glogav. in pericle puero praebet. An forte scribendum: in Lyco puero?

Alcaeo tribuendum existimo duos versiculos apud Hehaest. p. 41:

Κέλομαί τινα τὸν χαρίεντα Μένωνα καλέσσαι,

Εἰ χρὴ συμποσίας ἐπόνασιν ἐμοί γεγενῆσθαι.

Neuius haec Sapphoni tribuit, sed multo melius conveniunt Alcaeo, qui puerum pulchrum ad convivium sibi adduci iubet. Eodem autem metro composuit Alcaeus aliud carmen argumenti simillimi fr. 28, 6:

Ἦρος ἀνθεμόεντος ἐπάϊον ἐρχομένοιο.

Ἐν δὲ κίρναιτε τῷ μελιαδέος ὅτι τάχιστα

Κρατῆρα.

Alcaei fragmentum esse videtur, quod legitur apud Herodianum περὶ μου. λέξ. p. 23: Πτάζω, ἑπταζον, ὡς τὸ Ὀριθεὶς ὠκὺν αἰετὸν ἐξαπτήνας φανέντα. In quibus verbi πτά-

ζειν nullum est vestigium: locus hic ita videtur corrigendus esse: Πτάζω, ἑπταζον, ὡς τὸ ·

Ἑπταζον ὡς ὄρνιθες ὠκύν

Αἰετὸν ἕξαπίνας φανέντα.

Compares cum his Sophocli. Aj. 167:

Ἄλλ' ὅτε γὰρ δὴ τὸ σὸν ὄμμα ἀπέδραυ

Παταγοῦσιν ἄτε πτηνῶν ἀγελαί.

Μέγαν αἰγυπιὸν δ' ὑποδείσαντες

Τάχ' ἂν ἕξαίφνης, εἰ σὺ φανείης,

Σιγῇ πτήξειαν ἄφρωνοι.

Idem Herodianus p. 26: Ἦδη μέντοι Αἰολεῖς καὶ ἐν ἀπλῇ προφορᾷ διὰ τοῦ ἰ αὐτὸ ἀποφαίνονται· ὄψι γὰρ ἄρξάτω. ἴσως ἀναλογώτερον, ὡς δείκνυται ἐν τῷ περὶ ἐπιρρημιῶτων. Scribo Ὅψι γὰρ ἄρξάτω. Hoc Alcaeus de vento dixisse videtur; simillimus enim est comici alicujus versus apud Scholiastam Sophoclis Aj. 258: ὡς γενομένων τινῶν σημείων ἐπὶ τοῖς πνεύμασιν, ὥστε παρατείνειν αὐτὰ ἢ ταχέως πεπαῦσθαι, οἷόν ἐστι καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ·

Ἄλλ' ἔπεσε ταχέως, δειλινὸς γὰρ ἦρξάτω.

Ὅψι autem potius quam ὄψι scribendum. Etymol. M. p. 646, 7: Ἐκ τοῦ ὄψι γίνεται κατὰ μετάπλασμον ὄψι βαρύτονον. Cf. Favorin. Eclog. p. 325, 29 ed. Dindorf.

Scripsi Lipsiae Calendis Sextil. MDCCCXXX.

Theodorus Bergk.